

Quellenwerk zur Entstehung der Schweizerischen Eidgenossenschaft, 9.Nr. 3

In dei nomine. Nos fratres Heriger et Witowo tradimus ad monasterium Lucernense, ubi venerandus vir dei Wichardus gregi dei preesse dinoscitur, et hoc est, quod donamus, omne, quod ad nos pertinet in Maltrensi marcha, sine ullius contradictione, ut firmiter teneant atque possideant. Si quis hanc traditionem destruere voluerit, quod fieri non credimus, aliud quadruplum ad supradictum locum restituat et in erarium regis coactus persolvat auri untias iiii, argenti libras xii. Actum anno incarnationis xlv. indictione i. in atrio supradictae aecclesiae coram advocato Engelgero et populi multitudine lunis die in diebus Karo1i imperatoris iii.